Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8279
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



torem de virgine matre sancta Maria. Matheus
in illo tpe: Cum esset desponsata mater ihu
Maria ioseph: antequam conuenirent inuenta est
in utero habens de spu scto. Ioseph autem vir eius
cum esset iustus: nollet eam traducere: voluit
occulte dimittere eam. Hec autem eo cogitante: ecce
angelus dni in somnis apparuit ei dicens.
Ioseph fili dauid: noli timere accipere coniugem
tuam. Quod enim in ea natum est: de spu scto est. Pa
riet autem filium: et vocabis nomen eius ihu.
Ipse enim saluum faciet plm suum a pcis eorum. Off.
Felix namq; es sacra virgo Maria et omni laude
digntissima quia ex te ortus est sol iustitie xpus ds
nr. alla alla. Secreta. Visita nos in salutari
tuo dne qui Marie visita tua dignatus es pre
sentia visitare: et p gloriosam matris tue que
Elizabeth visitauit exultatione nos ad plenam
dignetis pducere habitationem. Qui viuis.
Prefatio. Et te in visitatione. Com. Beata vis
cera Marie virginis que portauerunt ad visitatio
nem Elizabeth eterni patris filium. Complend.
Sacrati et inebriati celestibus alimentis fac
nos quesumus domine eterna firmitate con
sequi que mystica sumpsimus sacramenta.
P
Sequitur. In die sancto de visitatione Marie. Introit.